



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

L I B E R P R I M V S

Quæcūq; negant nobis, illis dant humida uitam.
Nec minus in pelago uiuiscunt grandia cete:
Accipiuntcūq; cauis habitacula digna latebris.
Et quæ monstra solet rarus producere pontus
Aptat ad informes condens solertia formas.
Quodcūq; hominum falso credit mēs nescia fœdū
Per propriam speciem natura iudice pulchrū est

C A P V T

III.

Ergo Vbi completis fulserunt omnia rebus
Ornatucūq; suo perfectus constitit orbis:
Tum pater omnipotens eterno lumine letum
Contulit ad terras sublimi ex ethere uultum
Illustrans quodcunq; uidet; placet ipsa tuenti
Artifici factura suo, laudatcūq; creator
Dispositū pulchro quē condidit ordine mundū.
Tum demum tali sapientia uoce locuta est,
En preclara nitet mundano machina cultu.
Et tamen impletum perfectis omnibus orbem
Quid iuuat ulterius nullo cultore teneri?
Ergo longa nouam ne fœdent ocia terram,
Nunc formetur homo, summi quē tāgat imago
Numinis, et nostram, celso donatus honore,
Induat interius formosa mente figuram,

Vidit deus cū
et a quæ sece-
rat & erant
valde bona.
Genes. 1.

Faciamus ho
mū ad ima
ginē & simū
litudinē no
stram. Gen. 1

b ~ Hunc

4 D. ALCHIMI AVITI

Hunc libet erectis sublime incedere plantis:
 Potestas ho- Qui regat æterno subiectum pondere mundum,
 mini à Deo Bruta domet, legem cunctis & nomina ponat,
 concessa. Astra notet, cœlicq; uias et sidera norit:
 Discat et inspectis discernere tempora signis:
 Subijciat pelagus sœuum, ingenioq; tenaci
 Possideat quæcumq; videt; cui bestia frendens
 Seruiat, & posito discant mansueta furore
 Imperium iumenta pati: iussiq; ligari
 Festinent trepidi consueta in vincla iuuenci.
 Quoq; etiam natura hominis sublimior extet,
 Incipiat rectos in cœlum tollere vultus:
 Factorem querat proprium, cui mente fideli
 Impendat famulam longæuo in tempore uitam.

C A P V T IIII.

Adæ forma = **H**Aec ait, et fragilem dignatus tangere terrā,
 tio. Tēperat humentē consperso puluere limū:
 Moliturq; nouum diues sapientia corpus.
 Non aliter quām opifex diuturno exercitus vſu
 Flectere laxatas, per cuncta sequacia ceras:
 Et vultus complere rudes, aut corpora gypso
 Fingere, vel segni speciem componere massa.
 Sic pater omnipotens victurum protinus aruum
 Tractat